



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Naturalis prædictio terræ motuu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

235 Cap. XVIII. Terra mala, & precipue motu, unde, & cur ex

Psal. 147. 8.

roris diuini arcana reuelat. Non fecit taliter omni nationi; & judea sua non manifestauit eis.

VIII.
Apollon. in
hist. mirabili.

Plin. lib. 2.
nat. hist. c. 79.

Idem ib. c. 81.

IX.
Gen. 18. 17

Eusagr. lib. 7.
cap. 4.

Pherecydem narrant, in Scyro insula, sicutientem aliquando aquam a discipulorum quopiam petuisse: quam cum bibisset, pronunciasset, terræ motum, post triduum ea in insula futurum. Quod dictum, ut exitus probauit, magnam ille gloriam reportauit. Item, præclara quedam esse & immortalis in eo (si credimus) dininitas perhibetur Anaximandro Milesio Physico: quem ferue Lacedemonijs predixisse, ut urbem ac recta custodirent: instare eius motum terra: cum & urbs tota, eorum corruit, & Taygeti monte magna pars, ad formam puppis eminens, abrupta cladem inferius ruina presit. Que si vera sunt, ait Plinius: quantum a Deo tam videri possunt tales distare, dum viuant? Qui tamen, paulò infra ipse docet, & quo modo e puteis, & quaratione, ex alijs signis venturi terræ motus cognosci possint. Ait enim: Navigantes qui sentiunt, non dubia coniectura, sine flatu, intumescente fluctu silia aut quatiente iti. Intremunt vero & in nauibus posita, que quam adiiciunt, crepitumq; prænunciant. Quin & volucres non impavidæ sed. Est & in celo signum, præceditq; motu futuro, aut interdiu, aut post post occasum sereno, centennis linea nubis in longitudine porrebat, spatiis. Est & in puteis turbidior aqua, nec sine odore radio. Talis ergo & Pherecydis Pythagoræ doctoris conjectatio fuit, aut eis potuit.

Alia viâ, Sancti vel præsentem alijs, ipsi absentes, vel futrum terræ motum cognouere. Nam, vt tres Angeli Sodomitarum excidium Abrahæ detexerunt; ita suprà memorati tres viri cui Antiocheno & sudario, tanquam missione mappæ, se signum & rupturæ labi dare, & precibus diuinæ vindictæ manum injici posse ostenderunt. Zosimas quoque Sindenus, Phœnicie monachus, miraculis clarus, quamuis procul abesset Antiochia, tamè terræ motum Antiochiae, qui septimo anno Iustini senioris accidit, sciuit, ac in ipso momento, non per turbidam putei aquam, sed Deo reuelante sensit, subito enim consternatus, gemebundus, tantumque lachrymarum fundens, vt ipsam terram rigaret, totoque illo tempore, quo Antiochia terræ motibus concutiebatur, in terram prostratus Deum placauit. Arceslao autem que-